

ligentis interpretis officio fungendum tibi esse putes, nec in eo acquiescas, si modo probabilem aliquam sententiam verbis affinxeris: id quod in poeta lyrico, in quo ingeniose multa comminisci facile est, haud multum studii desiderat.

OLYMP. II.

92. τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκῃ τε καὶ παρὰ δίκαν,
ἀποίητον οὐδ' ἂν
χρόνος, ὁ πάντων πατήρ,
δύνατο θεμεν ἔργων τέλος.

Haesi in prioribus, quod iuste et iniuste facta de The-
ronis maioribus (nam de his agit: cf. v. 15) praedicat.
Verum video interpungendum esse aliter et ἐν δίκῃ
καὶ παρὰ δίκαν referendum ad seqq. *Ex praeteritis
mutari potest nihil ullo modo, nec per fas nec per nefas:*
ὁ χρόνος οὐ δύνατο ἐν δίκῃ καὶ παρὰ δίκαν θεμεν
ἀποίητόν τι τῶν πεπρ. ἔργων.

41. — πένθος
δὲ πίνει βαρὺ
κρυσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.

Mingarell. malit πίνει pro ἐπίνει, ne sententia ge-
neralis sit, sed narratio continuetur.

58. οὐδὲ ἀσύχιμον ἀμέραν
ὁπότε, παῖδ' αἰλίου,
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῶ
τελευτάσομεν.

Video quam sententiam esse volunt viri docti: *nec
constat an simus integro fortunae fructu, seu vitam, seu
diem exacturi.* Secundum vulgare illud: *ante mortem
nemo beatus.* At enim in verbis non est, *an*, sed ὁ-
πότε, *quando*; quod sane minus commodum. Gram-
maticae locus sic erit constituendus: οὐδὲ (sc. κέκριται
τὸ πέρας θανάτου) τότε (γενησόμενον) ὁπότε ἀσυχ. —
τελευ-

τελευ-